

www.e-rara.ch

Vindiciae Veterum Codicum Confirmatae

Coustant, Pierre

Lutetiae Parisiorum, MDCCXV

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Rp 485

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-61670>

[Introductio.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



VINDICIÆ
VETERUM CODICUM
CONFIRMATÆ.

PARS PRIMA.

*De Appendicis à me in Vindiciis
impugnate scopo.*

APPENDICIS de quibusdam veteribus
manuscriptis S. Augustini codicibus,
quam Vindiciis refutandam sus-
cepi, hactenus arbitratus sum, at-
que etiamnum arbitror eum fuisse scopum, ut
exemplis hæreticorum, quos aliquorum co-
dicum corruptores fuisse Hincmarus comme-
morat, veteribus manuscriptis, nominatim,
que aliquibus Augustinianis diffidendum esse
nobis persuaderetur. Quare ab hoc proœmio
controversiæ nostræ origo paucis exponen-
da. Et quia ex vitioso editionis Hincmari Ju-
dice videtur nata, aliâ quædam, in quibus
peccat eadem editio, non silere operæ præ-
tium duxi. Tum ab eo consilio, quod sibi

A

Disceptator in Appendice prædicta proposuerat, me non aberrasse fidem faciam. Saltem Appendicem illam in id inducere, ut incertus credatur veterum codicum usus, testimonio ipsius Appendicis auctori non suspecto evincetur. Mox confutabitur hic error, verusque ac certus manuscriptorum usus asseretur. Demum quam eruditus Disceptator novissimi operis sui, *De veteribus hæreticis ecclesiasticorum codicum corruptoribus*, necessitatem atque utilitatem jactitat, expendemus; indeque huic labori eum parcere nullo publicæ rei detrimento potuisse conficietur.

C A P U T P R I M U M.

Controversia de veteribus libris origo & progressus. Falsa Hincmari auctoritas illam peperit.

Primum adversus Diplomata vir eruditus cum quo mihi causa est, stilum strinxit. Tum fortè accidit, ut nonnemo diceret: *Manuscripti codices, ut plerique ab imperitis atque ex uno omnes descripti, in auctore dignoscendo parum admodum juvant.* Nominatim verò Augustinianos Corbeiensis monasterii codices ab Hincmaro in SueSSIONENSI concilio falsi convictos atque damnatos fuisse eodem tempore divulgatum est. Eò etiam est processum, ut libros, qui contra Johannem Erigenam de prædestinatione aliisque hujus temporis controversiis Lugdunensis ecclesiæ